



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 148. Ipsi enim audivimus de ore eius. v. 71.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

quærebant scire professionem Christi , de te ipso , qua eam intentione  
quæsierint, Denudatus est animus; velum scismum est, animus amarus, in-  
vidus, falso diligens jam apparer. Si enim serio veritatem amassentur,  
que dixissent: & quomodo probas vel ostendis te Dei esse filium, ut ceda-  
mus & congrueremus honorem. Nihil horum hic sit; sed præjudicio pessi-  
mo tota actio consuminatur, quasi dicerent. Non est iste vilis homo filius  
Dei.

**D**omine Iesu, patientiam habe, (uti habes) modò, postea mali-  
ciosi melius defendetur; videbunt, in quem transfixerunt,

§. 148. *Ipsi enim audivimus de ore eius. v. 71.*

Quid audistis Iudeorum principes & populi seniores? quia Christus  
dixit filius Dei ego sum. Bene. Etsi audistis, cur non creditis probandi ven-  
tem; fides enim ex auditu. Sed vos vultis capere Iesum in sermone malici-  
osè, ut mortis declaretur reus ante oculos hominum; & hoc & quodini-  
tus audistis, odio in ipsum efferrati etsi, & favore erga inimicum ejus capi-  
talem pontificem Caiphæ, qui eum occidendum decreverat, ut mortuus  
non morderet amplius; unicum enim timebat quia ipius & aliorum pon-  
tificum malitiam arguebat, utemendareret. Sic consilarii multi faventia-  
ordinate judici, & similiter multi Curialistar principi assentientur, & sic  
Iudei Caiphæ, respondere conantur, secundum quod sentiunt principem  
suorum affectum duci plus ad unam partem, quam ad aliam, sive iure, sive  
injuriis: hujus etiā generis sunt multi adulatores extra curias principem &  
magnum qui, volentes captare benevolentiam hominum; illis applau-  
dunt & in omnibus censemur; etiam in manifestè malis; & tales beni-  
figurantur per canes venientes ad mendicum Lazarum & lingentes uen-  
eius, sed non sanantes, magis autem innovantes, ne sub Christo san-  
tur.

**I**nnocentissimus interim Dei filius, Deus ipse damnatur à Blasphemis, ad  
judicatur mortifons vita veritas à mendacio, justitia ab iniuritate, po-  
nas à blasphemia damnatur. Fontem vita mortis reum pronuntiantur  
tu, Mirare & obstupefce cœlum.

### C A P U T XXIII.

§. 149. *Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum v. 1.*

Quo furore? quo impetu? quo gaudio & clamore? quæ mens con-  
cipere, quæ lingua explicare, poterit: ut data est copia Iesum deducendi,  
satellitibus & tortoribus principum, irrunt in agnum lupi rapaces; in  
pacto